

**PINCERNA, EX TERENCE, WITH
ENGLISH NOTICES TO ASSIST
THE REPRESENTATION. THE
CUPBEARER AFTER TERENCE**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649349913

Pincerna, ex Terentio, with English notices to assist the representation. The cupbearer after
terence by Newman

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

NEWMAN

**PINCERNA, EX TERENTIO, WITH
ENGLISH NOTICES TO ASSIST
THE REPRESENTATION. THE
CUPBEARER AFTER TERENCE**

PINCERNA

EX TERENTIO

WITH ENGLISH NOTICES TO ASSIST THE REPRESENTATION.

CARDINAL NEWMAN'S EDITION

RIVINGTONS
WATERLOO PLACE, LONDON.

MDCCLXXXIII

2087. e. 1.



NOTICE.

These attempts to adapt classical Plays to a scholastic purpose were not originally intended for publication, as is plain from the want of uniformity and the general negligence in editing. They are put upon sale at this time in consequence of the applications which have been made for copies of them from so many quarters.

As to the translations of portions of the Latin, which are subjoined, they are mainly taken from the English metrical version of Colman and Thornton.

January 6, 1883.

PERSONAE.

PHAEDRIA ADOLESCENS.

PARMENO SERVUS.

THAIS ADVENA.

GNATHO PARASITUS.

CHAEREA ADOLESCENS.

THRASO MILES.

PYTHIAS ANCILLA.

CHREMES ADOLESCENS.

DORIAS ANCILLA.

DORUS PINCERNA.

SANGA SERVUS.

SOPHRONA NUTRIX.

LACHES SENEX.

PROLOGUS.

Si quis miretur speciem habere hanc fabulam
Recentiorum non dissimilem temporum,
Meminerit ille, passim quae nunc assolent,
Ea vi naturae etiam accidisse in Graecia.
Nihil est quod in poeta reprobos, si volet
Senem Rhodiensem uxorem ducere, tunc mori ;
Viduam ex marito mortuo ditescere ;
Argutam porro et pulchram esse et mutabilem ;
Migrare Athenas ; ibi amatores plurimos
Allicere, quos suspensos languide tenet,
—Ecquem rejiciat, ecquem denique praeferat,—
Superbientis animi blandula mora.

Hoc vero in Thaidē nostra sat laudabile est,
Quod illa sua favoris inclinatio
Hinc in Thrasonem, et illinc rursus in Phaedriam,
Non id inhumanioris vitium est ingenti,
Sed ex ratione fit, et ex benevolentia,
Cupientis nimium, virginem, amissam diu,
Aegre repertam, fratri salvam tradere.

Quod si spem Thaidis audax resecat Chaerea,
Modo ambiendi sponsam non satis Attico,

At Sparta tales genuit virginum procos,
Et vi Sabinas petiit Roma conjuges.

Boni itaque sitis, quotquot convenistis huc,
Nec compositoris menda jam moremini,
In reficiendis partibus hujus fabulae,
Modo, ad actionem tandem cum proceditur,
Partes hodie illae sustineantur sedulo.

ACTUS I.

PHAEDRIA. PARMENO.

PH. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem
Quum arcessor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti mulierum contumelias?
Excluit: revocat: redeam? non, si me obsecret.

PA. Siquidem hercle possis, nil prius neque fortius: 5
Verum si incipies neque pertendes naviter,
Atque, ubi pati non poteris, quum nemo expetet,
Infecta pace ultro ad eam venies, indicans
Te amare et ferre non posse: actum est, ilicet,
Peristi: eludet, ubi te victum senserit. 10
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita,
Here; quae res in se neque consilium neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore haec omnia insunt vitia: injuriae,
Suspiciones, inimicitiae, induciae, 15
Bellum, pax rursus: incerta haec si tu postules
Ratione certa facere, nilo plus agas,
Quam si des operam ut cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
'Egone illam, quae illum, quae me, quae non! sine modo, 20
Mori me malim: sentiet qui vir siem: '
Haec verba illa una me hercle falsa lacrimula,